

24. Mors minus pœnâ, quàm mora mortis habet. *Non enim tam magno animo mori inquit, quam repetitur*: subdit Stoicus, de *Provident.* cap. 2. Continuatio calamitatis vivente pœna non moritur, unde cor sine intermissione ultra mortem cruciatur: in cuius subsidium, frequens occurrit votum; ut prius matet fieret sempiternum sepulchrum: quandoquidem in tot calamitates, & conceptus & partus infelix dies. Hoc est dies maledictus: omnino & ad cuncta infaustus; quod constat *Prov.* 19. 26. ubi: *Qui affligit patrem & fugat matrem, ignominiosus est & infelix.* Hebr. *Maledictus*: sicut Sapiens. 13. 10. *Infelices autem sunt* (Hebr. *Maledicti*) qui appellarunt Deos opera manum hominum. Alijs terminis, sed in eundem sensum Habacuc, 2. 19. *Va qui dicit ligno, Experg scire: Surge, lapidi tacenti.* Sic enim *maledicta dies.* Haud Propheta dixit *Sit*, ut sonaret imprecationem. Assertivum est, non optativum. Hispanic. *Dia infeliz; cogiðle por aziago alguna maldicion.* Frequenter enim si negotia adversa forte, vel lavâ tracta fortuna; Hispanismo & Hebraismo sine ulla religionis reflexione, sed modo trito loquendi, in horoscopum retorquetur causa calamitatis, vel maleficium strygis. Hypotyposis est infelicitatis apud Ovid. 6. *Metam.* fab. 7.

— Non pronuba Iuno,
Non Hymeneus adest, non Gratia lecto.
Eumenides tenere faces de funere raptas:
Eumenides stravere torum tætoque profanus.
Incubuit bubo, thalamique in culmine sedit.

Ovid.

Non secus in Vate sacro, sine nota execrationis, modus loquendi. Fuit sanequàm infaustissima & inauspicata dies, qua in lucem editus; quippe tantum videtur natus, ut videret luctus, sicut deinceps inconsolabilis queritur, *Quare de vulva egressus sum, ut viderem laborem & dolorem?* v. 18.

Dies nati-
vitas.
Senec.

25. Necdum finitus Orestes, quippe Iovi verba videntur execrationis. *Pereat* (ait) dies, in qua natus sum. Quidquid nobis adversum, aversum profum, Propter calamitatem ortum suum signat infaustum: & dum in memoriam revocat, perire desiderat: igitur ipsa recordatio tantum deservit fastidio. Nemo libenter ad id redit, quod non sine tormento cogitaturus est: inquit Senec. *Epist.* 63. Unde Crispinus cum fumme infelicem præteritum cogitasset diem; & exclamat apud Papin. 5. *Silvar.* 2. v. 88.

Satius.

Excidat illa dies vivo, ne postera credant
Secula.

Pro prædi-
ctione felici-
tatis.

Sepe ac cordis propositum interpretatus est Job. *Pereat dies.* Memoria illius *pereat* de terra, & non celebretur nomen eius in plateis: cap. 18. 17. q. d. *Pereat* de memoria hominum nativitas dies; quippe non editus in humanam conditionem, sed in extremam præcunctis calamitatem. Fortè Genethliaci fausta ominati (ut fuit) in eius ortu: patitur acti cruciatur: dicitque, *Pereat* prædictio, qua fausta prænnunciata domui meæ: dies illa uti infausta, nonnumquam nefasta sit, & tenebris celebretur uti nox. Illi ut patet, lux non fuit.

Ovid.

Natus est infelix (ita Dij voluere) nec ulla
Commoda nascenti stella levise fuit.

Ut aliò accinit Ovid. in *Ibim*, v. 211. *Pereat* dies, qui perire dignus, & quem pessumdet præ fastidio pectus.

Sous, hic;

Ille dies pereat, miserum qui lucis ad oras
Me tulit; & nox ò qua me genuere parentes;
Nocte diem mutet divina potentia: nullo
Conditor Omnipotens illum dignetur honore,
Sed lustrare neget tepidas sacer ignis ad aras;
Ac tenebra involvant invise mortis & umbra.

Dies nati-
vitas, celebris.

26. Rabbini, uti Eliezer, & Raschi, placuit Iobo stragem contigisse in die natali: penes illos fides sit. Verùm in hac suppositione aliquale luccem dabimus auctoritari. Dies nativitatis cunctis nationibus solemnis, exceptis de quibus diximus, num. 8. & Abartibus, de quibus Serar. in *Iosue*, cap. 2. & Stobæus ferm. 42. *Soli orienti solent maledicere.* Inter Romanos constat ex Cicer. cit. num. 11. & Macrobi. 1. *Saturnal.* cap. 16. de quo latè nos in *Ephemer.* De Persis inquit Herodot. lib. 1. num. 81. *Ex omnibus diebus præcipue colendum censent suum quique natalem: eibus utuntur perparcis, bellarijs multis.* Senec. in *Agamem.* v. 48. & in *Hercul.* furent.

Senec.

Parantur apula causa natalis,
Solicita tanti pretia natalis habent.

Natalis Pharaonis habetur, *Genes.* 40. 20. Epiphani. 2. *Macha's.* 6. 7. Herodis Antippæ, *Matth.* 14. 6. Quorannis uti genialis dies celebrabatur, quasi devoluto anno, qui viveret nasceretur. Hinc semper magni habetur magni natalis, quasi adventus novi Solis. *Postquam natus est primogenitus* (ait Plato in *Alcibiad.* 1. de Persis) *primum quidem eum diem omnes, qui sub regno sunt, celebrant: atque ita in posterum quorannis natalem Regis diem sacris ac festis omnis Asia colit.* De Baptista ortu dicitur: *Multi in nativitate eius gaudebant*: Christoque nascente, Angeli pastoribus dixere: *Ecce evangelico vobis gaudium magnum*: Luc. 1. 14. & 2. 10. Liqueat etiam ex contextu Ieremia: *Vir qui annuntiavit: Natus est tibi puer masculus, & quasi gaudium letificavit eum.*

Plato;

27. Non loquitur de ipso die, quo natus, sed de celebritate illius diei apud suos; etenim uti optimi Principis, avidissimè relatus in fastos. Si die qua natus, pro felicitate irruentibus malis, sic, *pereat dies, in qua natus sum*: haud inter fastos numeretur, penitus ex albo dierum genialium deleatur. Non de die præterito fermo fit, sed de conditione illius diei. *Dies qua nasciturus eram* (hoc est, natale celebratus) *ut inam excimatur à memoria hominum, nec celebretur natalis ille dies*: subdit Maluendus. *Nasciturus eram propter illustrem nativitatis memoriam. Non nascar: pereat dies in qua natus.* Si dies nominatur, tamquam ater nominetur.

Maluend;

Sequitur dira lampade Erynnys
Quorum populi coluere diem.

Senec.

Senec. in *Oet.* v. 671. Quorsum ergo nasci, & ita premi in solemniori die? Quorsum lux optata micat? Si ita splendet, pereat pereat. Ita querebatur de die natali ex eius memoria afflictus, arumnis sine effugio saturatus; 3. *Trist.* Eleg. 13. à v. 13.

Dies nati-
vitas celebra-
tis, si infelici-
tatis summi
malefici.

Scilicet expectas sultum tibi moris honorem;
Pendeat ex humeris vestis ut alba meis?
Fumida cingatur florentibus ar a coronis;
Micaque solemi thuris ut igne sonet?
Libaque pro te gen tal a notantia tempus;
Concipiamque bonas ore favente preces?
Non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis;
Adventu possim letus ut esse tuo.
Funeris ara mihi, ferulis cincta cupressu
Convenerit; & struatis flamma paratu rogis.

Ovid.

28. Meminit pristina fortunæ in præsentis systematis conditione, abolitâ à misera sorte natalis solemnitate; inquit: *Quis mihi tribuat, ut sim iuxta mens: pristinos, secundum dies quibus Deus custodiabat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & lumen eius ambulabat in tenebris?* Filium votorum ac eius gloriæ promovet hic in sua paraphrasi Mellius Soufa, succinens:

Job. 29. 2.

Qualis eram, cum fausta dies, & flore iuventæ
Prospera, lætitia celebres augebat honores,
Atque mei secretus erat Deus in cola teati.
Tunc ego Sole domo primo, ius redere cunctis
Exibam solitus: catbedram de more parabant
In plateis sanctique senes, iustique ministri.
Me pueri vident nunc, & sine nomine vulgus:
Fortunam cantare meam nunc veribus assuet,
Et tristes casus. Heu! vulgi fabula fio.

Sous;

Ex calamitate transiens in fausta, ingens sanequàm lætitia. Horat. 3. *Carmin.* Od. 14. vers. 12.

I, pete unguentum puer & coronas.
Hic dies verè mihi festus atras
Eximet curas.

Dies nati-
vitas pro adu-
tus felicis
sortis.
Horat.

Argutè Barclaius in *Argemid.* lib. 5. diei sepulto à fortuna malo omine, inquit: *Altero natali.* Ad rem Claudian. de 4. *Consul.* Honor. v. 121.

Barclai.
Claudian.

Hoc nobilis ortu
Nascere, æquæva cum maiestate creatus,
Nullaque primæva passus contagia sortis.
Omnibus acceptis ultro te regia solum
Protulit, & patrio felix adolescentis in ostro.

Næ.

Dies infans-
tus in fau-
so grave
pandus.

Seneca.

Optatum
pro deus.
ratio.

Thren. 15,
à 15.

Caie an-
Dies homi-
nis pro e. uf-
dem felici-
tate.

Achill.
Boch.

Enalag.
Perire pro
Evanescere.

Verum diem ita mutari in calamitatem, quod signet miserabilem, quem vidit ultra fortunam felicem; gravissimum homini pondus. Pereat dies, ita in precipitum plausus.

Par ille Superis, cui pariter dies, & fortuna fuit.

Non captiva dedit brachia vinculis,

Nec pompa venit nobile ferculum.

Felix quisquis moriens.

Omnia secum consumpta videt.

Ut clamant miseri apud Tragicum in *Oepto*, v. 104, & in *Troad*, v. 159. Ut quid igitur olim auspicata dies, stimulante memoriae felicitatis? Pereat omnino: inutilis recordatio, qua invisa videtur amplitudo faulti culminis ludibrium calamitatis.

29 Quam aptè argumento, videbis perspicuo; modo quod optativum sonat, indicativum significet, ut sensum exclamationis demonstret. Alienum à Scripturae stylo non est. *Pereat Samaria*, Osée, 14. 1. Iam perierat. *Sic pereant* (pereunt) *inimici tui Domine*: Iudic. 5. 31. dicitur de Sisara, iam cadavere. Eodem in sensu *Psal.* 67. 3. & 82. 18. Exemplum præ se fertur clarissimum, *Iob*, 18. à v. 12. ubi exitus impiorum optativè describitur, qui indicativè potius demonstratur. *Attenuetur* (inquit pro *Attenuatur*, & sic de reliquis) *fame robor eius, & inedia invadat costas eius: deoret pulchritudinem*, &c. Sic ergo in verbis *Iob* removetur ad speciem apparens execratio; ac tanta sententiae apprimè sine scrupulo obijcitur intellectio. Summis laudibus elatus dies natalitatis *Iob*, igitur eius sibi & regno *noya lux*. Flatu continuo ærumnarum de caelo gradatim extincta est: non est itaque quod fuit: diciturque iurè: *Perit dies in qua natus sum*: quandoquidem in illo summum patior infortunium; quo habebam, uti in natali, cumulum felicitatum. *Defecit gaudium cordis nostri* (Hebr. *Cessavit, perijt*) *versus est in uictum chorvus noster: cecidit corona capitis nostri*. Speculum facti sumus miserationis, qui dudum scopus gratiarum felicitatis. Gregor. Magn. d. cap. 15. infit: *Dies, quo mundi huius felicitas aridet*: igitur felicitas dicitur *dies hominis*: *Ierem.* 17. 16. Unde Hebr. ad illud 3. Reg. 16. *Non corrumpit cum pater suus aliquando*; legit: *A diebus eius*, ubi Caictan. *Erant enim hi dies tanquam dies Adonia*, utpote ad exaltationem illius ordinati. Hac etiam acceptione dicit David *Psal.* 55. 4. *Ab altitudine Diei timebo*: hoc est, à summa felicitate, quæ propria volanti confertur sagitta: siquidem vel ascendit ex mortu, vel descendit. Videtur Saavedr. in *Idea Principis*, symbol. 60. Similiter *Psal.* 136. 7. *In die Ierusalem*, pro illius prosperitate ex captivitate Babylonis. Dixi aliqua, *Tom.* 6. T. 9. n. 45. Apud Ethnicos idem stylus. Statius 1. *Silvar.* 1. v. 93. *Dum Romana dies*. Terent. in *Eunuch.* Act. 3. scen. 5. v. 12. *O festus dies hominis! Amice, salve.*

30 Ex his omnibus genuina eruitur delicatio sententia: Floruerat gloriose potens, eminebat felix; ita ut eius natalis in ter dies numeraretur felicioris. Irruit procella in *Iob* bi fortunæ, & cuncta commoda deturbavit tempestat; qua faulti ac famigerati blandimenta dies, scæva sorte permutati sunt in noctes. Expavit insulu pectus: percussusque dicit *Iob*: *Perijt dies in qua natus*; igitur suffecta omnigena, feralis truculenta calamitas, ubi nihil aliud nisi omnimoda prosperitas. Dies felicitatis sunt dies hominis: quia fortuna in mari turbulento procella submersa est; perijt dies profectio, quo natus sum.

Naufraga vi Superum pelago fortuna profunda

laciata iacet fluctibus in medijs.

Videat ergo lector in Enallage, si aliqua micat in tot sententijs species execrationis. *Perit* (pende) *dies in qua natus sum*, & *nox in qua dictum est*: *Conceptus est homo. Dies ille vertitur in tenebras: non requirit eum Deus desuper, & non illustratur lumine. Obscurant eum tenebrae & umbra mortis; occupat eum caligo, & involvitur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possidet: non computatur in diebus anni, nec numeratur in mensibus*: ita de reliquis usque in v. 10. Sic igitur accipitur. *Perire*, pro *Evanescere*. Terent. in *Adelph.* Act. 3. scen. 4. v. 57. *Viginti mine periere* (evanuerunt, difflata sunt) *propolatoria*. Plaut. in *Truculent.* Act. 1. scen. 2. v. 53. *Illis perit, quicquid datur, nec ipsis appareret quicquam*. Propert. lib. 2. *Eleg.* 12. v. 4. *Et levibus curis magna perire bona*. Cicero. de *Legib.* lib. 1. *Tempora perire non patior*. In Scriptura sæpe. *Perit expectatio eius*, *Ezech.* 19. 5. *Deuteron.* 28. 40. & 1. *Reg.* 9. 3. Unde tot miserijs vexatus, dicit gravamine *Iob*: *Felix essem, si natale uti pridem cum aulicis celebrarem: verum dum faulta sic & sic involvit fors; evanuit nã dies, quo in hanc lucem natus sum.*

31 Infelix namque sum natus: liberatus à fatalitate, ni conceptus. Non potest ap-

pe-

Taubm.
in Virid.
inter Perire
& Interire

Plaut.

Perire pro
infelicitate
Plutarch.

Seneca.

Idem.

Sophocl.

Athopria,
& Mimesis.

Ter. 10. 7.

1. Cor. 5.
2.

Galat. 3. 13

Chry. solt.

Prosper.

Cor. modo
gaudii in
& ext. ba-
lantes, &
non in leges

patere nisi optando impossibilia, nec noctem ac diem maledicere praterita; sed ab illa hora calamitosus signatur, ut saltem aliquis laboris misereretur: igitur qui miserè vivit, vel ab infensibili miseratione elicit. *Differt Interire à perire*, res quod *perire*, *lector res est, & inventionis spem habet, & non omnium rerum finem unac*. Plautus in *Capit.* Act. 3. scen. 5. v. 32. inquit: *Qui per virtutem perit, non interit*. Ita Taubmana. hic ex Nonio, & Aleiat. *Perere* lib. 8. cap. 14. Cornel. Schrevel in Terent. *Andr.* Act. 2. scen. 2. v. 9. ad illud: *Davi, perijt infit: Plus enim Interijt quam Perijt: siquidem qui perit, corpore tantum: qui vero interit, tam animo quam corpore extinguitur*. Lique: qui peritudo interit, perijisse dicere, non valet: non enim interit, qui dicere potest, *Perijt*. Vox enim dolentis est, qui se infelicem ex articulo indicat. P. s'm phra'sis inter AA. regeritur, potissimè apud Plaut. qui in *Bacchid.* Act. 4. scen. 3. à v. 12. ait:

Quid sit? Perijt. Dij melius faciant: Perijt.

Satis sanus non est. Perijt.

Discrimen perspicuum, & aquivoca vox. Quapropter idem in *Truculent.* Act. 4. scen. 1. v. 9. infit: *Salvus sum, quia pereo*: & Themistocles dum ad Xerxem fugit patriam, ut in eo refert Plutarch. familie dixit: *Perieramus, nisi perisissimus*. Idem, in manus estus mortis, ni fuissimus infelices. Constat ergo *Perire*, esse idem ac *infelicem esse*. In hoc ergo sensu dicit *Iob*, 19. 9. *Deus spoliat me gloria mea, & abstrahit coronam de capite meo: destraxit me unquam & pereo*. Infelix omnino sum tot comitibus atque perplexis ærumnis: dies natalitatis mea plenus infelicitatis.

Non veni at unquam miser tam malus dies.

Subdit Senec. in *Medea*, v. 510. & in *Oepto*, v. 1129. ferè eadem verba, quæ *Iob* indicans calamitatem extremam, ac intolerabilem ærumnam.

Converte Titan clarè anhelantes aequos

Emitte nocem, Pereat hic mundo dies:

Astra nube inhorrestat Polus. Nunc Pater cæcum chaos

Redi decebat: hinc & hinc compogibus rupis

Polus debuit uterque frangi. Quid parvis astris?

Elucet, infortunia indicari per diem pereuntem, ac per illius turbationem notari infelicitatem. Appositè Sophocl. in *Electr.* v. 278.

Inventes illum diem? Malè pereas,

Negate te ex ludibus unquam bis liberent Dij.

32 In *Iob* verbis, ac *Ieremia*, *Maluenda* & alij *Æthopiam*, five *Mimesim* arbitrantur: quo schemate mores & voces alienas signat rhetorica quasi proprias; cum pro animo vel percussio vel percussio, tantum sint repræsentatio; de quo Nos *Tom.* 6. T. 2. n. 44. Sic *Ieremias* dicit, ut ibi vidimus; *Seduxisti me Domine, & seductus sum*. Non quia seductus, sed quia tantas obediens Domino pertulit injurias, quasi ab alio inductus esset in excruciantes insidias. Similiter *Astertor N.* qui peccatum non novit, pro nobis peccatum fecit; quippe quasi haberet culpam, crucis pertulit gravissimam penam. Item dicitur *Maledictus*: idem, morti crucis obnoxius, quasi præ flagitijs, crucis dignus: liquidem, estò innocens, cruciamen passus est crucis; sicut qui digni ligno, maledicti latrones. Ipsi dicunt: *Nos quidem digna factis recipimus: h'c autem quid fecit?* *Luc.* 23. 41. Notatur scena ab effectu externo, non ab animo: proinde *Mimesis* intelligenda est; denique *Ieremia* ac *Iob* audire quasi impatientium inordinata vox: protulerunt citò peccato corde, Dei addicenti voluntati, quod impatienter præ calamitate proferunt assenti. Displicet prorsum cogitatio; quippe à perfectione alienum, & undique extra utriusque propositum, ut indicavi, *nam.* 17.

33 Si aliqua (ambigo) impatientia ex carnis petulantia; videtur modò, gratia Dei humana quam immutata natura. *Effusa est copiosa gratia Spiritus Sancti* (ait Chrysolomus, serm. in *Pentecost.*) & universum orbem operata est: *caulam*; non immutans naturam, sed voluntatem emendans: *Prosper, de Ingrat.* à v. 1048. modulatur: *Cui Deus est rector, summoque ex lumine lumen, Vita, solus, virtus, sapientia, gratia Christi est; Qua currit, gaudet, tolerat, cavet, eligit, instat, Credit, sperat, amat, mundatur, iustificatur.*

Lex ad perfectum non adducit: modò cor in omnem plenitudinem impletur; igitur virtus singulariter in infirmitate perficitur. Christus proposito sibi gaudio sustinuit crucem, & sequitur veltigia (improperium eius portantes) omne gaudium existimantes, *Tom.* V. III. *Taur.* Lx.

cum intentiones varias inciderimus; siquidem beatus, ac in aeternam felicitatem qui suffert tentationem. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam a igni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Act. 5. 41. ibid. Arator, v. 527.

Arator.

Quod natura negat, proprijs iam legibus uti, Non sunt Omnipotens.

Epirasii.

34 Sat, ni fallor, & plane; ut sensus genuinus utriusque sententiae, sine ullius dissonantia projectionis, nec animi desponsionis, intelligatur. Modò in textu cortice recte tendens est calamus; ut undique clareat tantae auctoritatis sensus. Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea. Quid huiusmodi stylo? diximus, n. 3. De usu illius aliqua exhibui testimonia, n. 28. Exergalicus est, ut illud Homer. 16. Iliad, v. 190. Eadēque in lucem, Solis vidit splendores. Ezech. 16. de quo infra: Quando nata est, in die ortus tui. Huiusmodi phrasim sonat auxim, sive exaggerationem, ob sententiae firmitatem. Virgil. 1. Georg. à v. 40.

Virgil.

Da facilem cursum, atque audacibus annue ceptis, Ignarosque viae mecum miseratus agrestes Ingrederere, & votis iam nunc assuesce vocari.

Multa alibi huius schematis exempla protuli. Ovid. lib. 6. Metam. fab. 7. Si tamen hoc Superi, si Numina Divum Sunt aliquid, si non perierunt omnia mecum.

Ovid.

Multoties enim exprimitur suppositum, ut demonstretur argumenti certitudo; ut illud: Concipies in utero & paries. Luc. 1. 31. Ita exprimitur in nostra Tautologia: igitur dies qua Propheta natus, dies est, qua peperit mater. Eisdem terminis invenitur Helenismus apud Homer. 20. Iliad. v. 137. Nascenti, quando ipsum peperit mater. Eurip. in Orest. v. 18. Matrem, qua eum genuit: v. 1493. Matris, qua misera eum peperit. Iterat in Electr. v. 964. Invenitur quoque phrasim in eodem sacro Propheta, dicente Iechonia: Mittam te & matrem tuam, qua genuit te, in terram alienam. Ad ubi plene (quippe hic tantum per transnamm) Tom. 7. T. 1. n. 33.

In sententijs saepe exprimitur suppositum necessarium.

Ier. 22. 26.

Cap. 10. 15.

Filius pro utroque sensu.

35 Cum genitrix mater effici potest utroque sexu, additur in auctoritate. Puer masculus; id est, filius masculus, ut legit Maluend. Filius utrumque sexum comprehendit. Non erat illis filius: Luc. 1. 7. nimirum, proles: 2. Reg. 6. 23. Michol non est natus filius usque in diem mortis suae. Vox epicæna: quare in cognitionem discriminis signatur articulus: Hic est filius. Match. 17. 5. Bodem sensu dicitur Puer masculus; quippe olim Puer, Infansque nomina erant promiscua. Ioan. 16. 21. Mulier cum parit tristitia habet, cum autem pepererit puerum, &c. Horat. 1. Epist. 2. v. 44. Puerisque beata creandis. Liv. Andronic. Od. de Ianon, ait: Sancta puer, Saturni filia: quod etiam observavit ex eodem Priscianus. Nomine masculo olim appellari Deas, diximus fuscè, Tom. 4. T. 4. n. 5. singulari quoque Helenismus videtur apud Homer. 12. Iliad. v. 451. Vellus mascula ovium: & 10. Odyss. v. 527. Hic ovem masculam sacrificia: pro Arietem. Filia erat, & dicit Pamphilus apud Terent. in Andr. Act. 2. scen. 3. v. 26. Puerum autem ne resciscat mihi ex illa. Donat. hic: Puerum pro quolibet sexu. Horat. 1. Od. 12. v. 25. Puerosque Laete: qui fuerit Pollux & Helena: puer & puella. Idem contigit in voce Infans. Damascen. de Virgin. nativitat. in fin. ait: A Deo infantem, hoc est Mariam, peperit. Liv. lib. 24. sect. 31. Incertus infans natus est, masculus an femina esset. Ovid. d. v. 7. Male cognitus infans: & 9. Metam. fab. 12. Cultus erat pueri: facies, quam fuit puella, Sive dares puero, fivret formosus uterque.

Deus pro Dea.

Damasc.

Ovid.

Verf. 15.

Cur gaudij patris non filia, sed filius

Valer. Max.

Ut ergo cognosceretur nobilior in prole (in lucem edita) sexus; dicitur puer masculus: seu virilis. In Homero usquequaque invenies, Feminae mulieres. 11. Iliad. v. 674. Equae feminae: 4. Odyss. v. 635. & 21. v. 23. idem iterat. Hic sexus excellentia signatur in gaudium patris, v. 15. quippe magis in parentum votis vir, quam femina: etenim in masculis perficitur nomen familiae, ac femina in aliam transit. Hebr. femina Nasa dicitur: id est, oblitio; eò quòd in illis patris nomen evanescat, Masculus, Sachar. id est, memoria. Mortuus est pater etus, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. Eccli. 30. 5. In familijs tantum numentur masculi. Numer. 1. à 2. Gaudium semper masculi nativitas. Ne times, quia filium peperisti. 1. Reg. 4. 20. Hebr. puerum masculum. Apoc. 12. 5. Peperit filium masculum. Itai. 6. 7. Peperit masculum. Hinc inter familiae calamitates, feminae signatur proles. Totā Regis Gelonis stirps, evidentissimis exhausta cladibus ad unicam filiam Harmoniam virginem redacta, inquit Valer. Maxim. lib. 3. cap. 2. n. 9. Virgil. 7. Aeneid. v. 50. & Statius, 1. Thebaid. v. 395.

Filius huic futo Divum ploteque virilis Nulla fuit, primaque oriens erepta iuventa est: Sola domum, & tantas servabat filia scædas. Hic se xus melioris in ps, sed prole virebat Feminea, gemino natarum pignore fultus.

Virgil.

Sarces.

Ezech. 16.

4.

Quae feminae nati expositae

36 Aliter intelligendum est illud Ezechielis de Sinagoga electa. Quando nata es, in die ortus tui; quippe ut ibid. illi dicitur: Generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cetbea. Pro quo sciendum est inter nationes usitatum fuisse filiorum expositionem, maxime foemellarum, quippe arbitrabantur tunc inutile, ac in posterum onus gravissimum. Penelope exposita: cuius historiam videris, apud Natal. Comit. 8. Mytolog. cap. 25. Athalanta exposita: Apolod. 3. Biblioth. n. 14. Elian. 12. Var. hist. cap. 1. Terent. in Heautontim. Act. 4. scen. 1. v. 14. Si puellam parerem, nolle tolli. Plaut. in Cistellar. Act. 1. scen. 3. v. 18. Dat puellam servo exponendam ad necem. De Lygido, canit Ovid. 8. Metamorph. fab. 12. dixisse uxori pręgnanti: Edita forte tuo fuerit si femina partu, In vitus mando (pietas ignosce) necetur.

Ovid.

Apuleius 10. Metamorph. inquit: Mandavit uxori suae: fœcinā pręgnationis oneratam; ut si sexus sequioris edidisset factum, protinus quod esset editum necaretur. Sueton. in Claud. cap. 27. Exponi ad matris ianuam & mudam insitit abijci. Appositè Claudian. de Bell. Gildon. v. 442. Non pignora curæ. Multi qui mox viri insignes, expositi eiusmodi cladi. Cyrus, Iulius. lib. 1. Paris Hygin. fab. 91. Oedipus. fab. 66. Perseus. fab. 63. Ægilthus; fab. 87. Hiero. Pier. Valer. lib. 26. cap. 3. Marc. Senec. Controv. 13. Matres etiam editos partus abominata sunt. Mos inde ortus, si aliquo casu salvarentur expositi, quòd essent Reipublicæ servi. Idem Controv. 33. quo intelliges discrimen servitutis publicæ, vel privatæ; de quo Plaut. in Captiv. Act. 2. scen. 2. v. 84.

Qui virit Expositi serviti servit Reipublicæ

37 Apud Lacedæmonios (ut refert Plutarch. in Lycurg.) non erat patri ius nutriendi partus uxoris: sed eum: portabat in locum, cui Cesebe nomen est, ubi identes tribunalium ætate provectissimi, infantes explorabant: qui si bonè compacto & firmo esset corpore, ai iubebant, sortem illi ex novem millibus unam destinantes; si autem degener, atque disformis videretur, mittebant eum ad Apotbetas, qui locus est precipitibus circumfusus iuxta Taygetum, ab expositione infantium ita nuncupatus: nimirum, quod neque ipis, neque urbi concederet, vita frui; quibus initio corporis bonam habitudinem, roburque natura negasset. Inolevit etiam huiusmodi crudelitas inter Romanos. De Romulo ait 2. Antiq. Rom. Halicarnas. n. 9. Primum necessitatem colonis imposuit educandis quicquid esse masculum, & 2. filias, primogenitas: nullam autem prolem necari permisit minore triennio; nisi quid mutilum, aut aliqui proægiosum in ipso partu esset editum: tales enim factus exponi a parentibus non vetuit, sed indicatus prius quinque viris, vicinis proximis, si illis quoque exponendos esse visum fuerit. Contra hanc legem committentium, præter alias multas, etiam dimidium bonorum addidit arario. Augustus, ut in eo refert Sueton. cap. 65. ex nepte Lullia post damnationem editum infantem agnosci aliquo vetuit.

Plutarch.

Exposito usa apud Laetæ Romanos, & Romanos

Halicarn.

Sueton.

38 Contra huiusmodi impietatem lex indicta apud Thebanos; quam rectissimè & humanissimè positam, ait Elian. 2. Var. histor. cap. 7. Ne civi Thebano liceat infantem exponere, neque insoludinem abijcere, capitis supplicio devincta: verum si in extrema mendacitate pater sit constitutus, sive mas sit sive femina infans, cogitur eum statim a materno partu ad magistratum cum ipis facijs adferre: qui acceptum alicui tradit levi pretio, cum quo pactum & conditiones intercedunt; ut per suam fidem infantem alat, & adultum servare, vel servi loco habeat, sic ut alimentum & educatio servitute compensetur. Inter Hebræos exulavit expositionis immanitas. Observat Clemens Pap. Recognition. lib. 9. Numquam apud Iudeos infans natus exponitur. Tacit. lib. 5. Histor. cap. 5. altipulator subdens: Necare quemquam ex agnatis, nefas: de Germanis idem in eorum Morib. cap. 19. inquit: Numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare, flagitium habetur: plus ibi boni mores valent, quam alibi bone leges. Numquam nudi exponebantur infantes apud Græcos; sed cum facijs & involucriis. Unde Terent. Andr. Act. 4. scen. 4. v. 30. succinit: Vidi Chantaram suffarcinatam: quo loc. Schrevell. subdit: More sine lege porius Athenis receptum fuit, cum quid natum esset, quod natum nollent; ut morti id aarent, vel aliene exponerent misericordiam. Iste expositiones in ollis fiebat, vel etiam in corbibus & sannis hoc minus obibant, & exponebantur infantes. In pelvi expositam Penelopem, observat Natal. Com. loc. cit. Vide Turneb. lib. 30. Advers. cap. 48. & Petr. Namius, Miscell. Tom. VIII. Taut.

Inhibita in ter Thebanos & Hebræos

Elian.

Tacit.

Et Germānos, in lib.

Expositi infans servit in vasis concave

cap.

Aristoph.

cap. 2. Aristoph. in *Ranis*, Act. 3. v. 7. de Oedipode, inquit:

Qui mox ut alvo matris esset editus,
In vase scilicet per hyemem exponitur.

Ovid.

39 Iacebat infans effusus à matre, terram altricem sine agnitione cognoscens.
Tactaque nascenti corpus habebat humus.

Ovid. 4. *Trist. Eleg.* 3. v. 46. Si non abdicare, aut exponere, sed nutrire volebant, invocata Ope Dea, de terra levabant. *Quicquid peperisset, decreverunt tollere.* Terent. loc. cit. Act. 1. scen. 3. v. 14. & Act. 2. scen. 3. v. 27. Jupiter Alcmenæ, apud Plaut. in *Ampitr.* Act. 1. scen. 3. v. 3. *Quod erit natum tollito.* Theocrit. *Edyl.* 7. v. 58. *Nuper susceptum.* Vid. Senec. de *Provident.* cap. 4. Turneb. *d. lib. 4. cap. 15. & 22. cap. 11. & Iust. Lypf. 1. Epist. centur.* ad Belgas, 85. Unde *Tollere filios*, pro educare sumitur; quippe quos non tollant, haud alebant, uti observat Laurent. Valla, lib. 5. *Elegant.* cap. 13. quos verò tollant & à terra levabant, uti suos blandè suscipiebant.

Filiis tollere pro educa re.

Stat.

Raptum sed proximus alvo
Suscepit exultans, ac primà ludà voce
Astra salutantem dominus sibi mente dicavit,
Amplexusque sinu tulit, & genuisse putavit.

Quomoda parentes suscipiunt ut suus Iob. 3. à 11

Statius, 2. *Silvar.* 1. à v. 78. Terent. in *Adelph.* Act. 4. scen. 6. v. 75. *Hicne non gestandus in sinu est? Hic non amandus?* Stat. d. 1. *Silv.* 3. v. 30. *Excepi, foreque sinu tollere cadentem.* Illud quàm tollebat, involvatur fascijs, & curæ tradebatur nutricis. *Nuper natos lacte nutritos.* Homer. 17. *Odys.* v. 127. *Intelligitur modò illud Iob: Quare egressus ex utero non statim perij? Quare exceptus genibus, & lactatus uberibus?* Vid. Sapient. 7. à 3. Inter Ethnicos susceptionem sequatur superstitio: etenim Dijs Plu-mino & Picumno, ut clatus viveret lectulus sternebatur: ac ne Sylvanus puerum per infidias vexaturus irrepere; viri tres pervigiles, postquam ades circumjissent, ad carum fores stabant: eorumque primus securi limen feriebat, secundus pilos; dum tertius attium vertebat. Varro, 2. de *Vita popul. Roman.* Alexand. Neapol. *lib. 2. cap. 25.* Dalecamp. in *Plin. praefat. lib. 7.* Nonius Marcell. de *Doct. imagin.* de quo nos fuse in *Ephemerid.* 11. Jul.

Filiis Ethnicorum.

Probabant Cetera per aquam Ruben.

Celian.

40 Aliae nationes filios antequàm à terra tollerent & pro suis haberent, probabant; uti Celta, de quorum moribus erga recens natos locuti sumus, *Tom. 5. T. 9. n. 53.* Inter alia demon eis egessit, ne uti filios agnoscerent, nisi illos quos aqua Rheni in feuro suspenderet. Educabant uti genuinam sobolem, qua fluitaret: sin autem, uti spuriam indulgebant summergi. Ita Iulian. *Apostata lib. 1. Epist. 1.* *Nullam omninò Celsi Rubeni injuriam facis* (inquit) *qui spurios infantes undis aoripit, tamquam impuri lecti vindicta quos autem ex puro semine ortos agnovit, in summa aqua suspendit, matrisque tremantis manibus reddit, & quasi verum incorruptumque casti & laudabilis coniugij testimonium servato infante persolvit.* Idem metricè legitur lib. 1. *Antolog.* 42.

Lubin.

Audaces rapido Celta nova pignora Ruena
Explorant: non hos genitrix prius ubere largo
Arima fovet, vitreas suavis quàm venit ad undas
Lympha novum capit alta genus, quod remigis instar
Umbo regit, fluidique effluit corpus alumni:
Et factum sic unda probat, lectumve iugalem
Dannat adulterij.

Meminit ritus Aristotel. 8. *Politic.* Delrius & Casp. Barthius in illud Claudian. 2. in *Ru-*
fin. v. 113.

Claudian.

Et quos nascentes explorat gurgite Ruben.

Solin.

41 De Pysyllis asserit Solin. cap. 30. per serpentum virus probare legitime natos. *Contra omne virus muniti* (ait) *incredibili corporis firmitate.* Soti moribus angustiam non interibant: quamvis dente lethali appetiti, incorrupta durabant sanitate. Recens etiam editos serpentibus offerbant. Si essent partus adulter ini, matrum crimina pledebatur interitu parvulorum: si pudici probos ortus à morte paterni sanguinis privilegium tuebatur. Sic originis suam probabant venenis indicantibus. Ex illo sumptis Lucan. 9. *Pbar-*
sal. à v. 895.

Lucan.

Natura locorum
Insit ut immunes mihi serpentibus essent.
Profuit in medijs sevem potuisse venenis.

Pax illis cum morte data est: fiducia tanta,
Sanguinis. In terram parvus cum decidit infans,
Ne qua sit externa Venenis mixtura timentes,
Lethifica, dubios explorant aspide partus.
Utique Iovis volucer, calido cum protulit ovo
Implumes natos, Solis convertit in ortus,
Qui potuerit pati radios, & lumine recto
Sustinere aciem cali, servantur in usus,
Qui Phæbo cessere, iacent; sic pignora gentis
Pysyllis habet: siquis tacius non horruit angues,
Siquis donatis lusit serpentibus infans.

Eadem refert Cael. Rhodigin. lib. 4. cap. 23. additque uti singulare: *Illud sanè admiremur, quod prodit Dion, Pysillos esse omnes viros; neque enim compertam esse Pysyllam firmitatem.* De Pysyllis vide Herodotum, lib. 4. n. 43. *Plin.* 7. cap. 2. & 8. cap. 25. *Textor.* 4. *Officin.* cap. 18. & qua diximus, *Tom. 3. T. 12. D. 5. n. 15. 4. T. 3. n. 57. & 5. T. 4. n. 14.*

Cael. Rho. dig.

42 Chananaei uti praefati barbari & bestijs crudeliores, non solum officia erga filios recens natos omiserunt, verum nec à terra levabant, cum matres onus deponerent, maxime si infantes femine: igitur relinquebantur in sanguine puerpera, à feris aliquando laceranda, vel ab iniuria temporis sine auxilio peritura. Patet ex Numinis verbis, Synagogæ ingratitude non exprobrantis, quam invenit ex Gentilitate proiectam, in terra deferta, in loco horrores & vastæ solitudinis, nimirum trans flumen, ex quo loco eduxit Abraham, ut eius gens à parentibus exposita in mortem, Dei fieret sponsa per legem. *Radia tua* (inquit) *& generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa* (moribus, non climate) *& quando nata es, in die ortus tui* (in Gentilitate scilicet *Iosue* 24. 2.) *non est praefatus umbilicus tuus, & aqua non es lota in salum, nec sale saluta, nec involuta pannis. Non pereperit super te oculus meus* (auxiliatus sum tibi) *ut faceret tibi anum de his, miseris tui; sed* (pro *Quandiu*) *proiecta es super faciem terræ, in abiectione anime* (vita) *tuae, in die, qua nata es. Transiens autem per* (iuxta) *te; & vidit te concubitatam in sanguine tuo: & dixi tibi cum esses in sanguine tuo* (te de terra levans) *Vires.* Hæc metaphora desumpta, ut vidimus, ex naturali historia: beneficiumque aliquando grata Synagoga falla est, proferens per os David. *Pater meus & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me: legem pone mihi Domine in via tua* *Psal.* 26. à 10. Apposuit hic Malacnda: *Exponitur statum calamitosum miserumque gentis, ex Arabamorte, donec educeretur ex Aegypto.*

Chananaei immantissimi erga filios recens natos.

Ezech 16. à 3.

Set pro Quid dicit.

Per pro lux ta. Qug officia Numinis in confirmationem Synagoge.

43 Termini in sententiis facile conciliantur per *Asyndeton*, seu *Dialiton*, quo schemate intelligenda, seu subintelligenda particula expositiva inter duplicem disiunctam orationem: ut illud Iacob. 1. 4. *Ue sitis integri, in nullo ascientis: id est, in nullo, &c.* Pariter in praesenti: *Quando nata es* (nim rum) *in die ortus tui.* Ioann. 11. 34. *Græc. Veni, vide;* ubi *Vulgar. Veni & vide.* Superfedeo testimonijs, videndis pro argumento. *Tom. 3. T. 8. n. 48. 5. T. 3. n. 129. T. 4. n. 22. T. 5. num. 26. & T. 11. num. 22.* Plerumque huiusmodi geminationibus aliquid altius intenditur in animis federe. Unde cum illam aliquando inter fordes è terra elevare, ac in sponsam Synagogam eligere, quid esset grande; maius sanè beneficium tot dona conferre immediate ad ortum. *Quando nata es* non alio die, nec posttridie, sed in ipso die, & instanti ortus tui. Hebr. *In die nasci fieri te* in ipso articulo effusionis, quo terram attingisti in sanguine genitricis; ut præ promptitudine praestaret summè in modo ac tempore gratia gratia. Iuxta Aulon. *Epigramm.* 81. in alis temporis;

Malvend. Asyndeton & Dialiton.

Ex gratia Dei promptitudine, notior ingrati-tudo Synagoge.

Qua fieri properat, grati a grati magis.
In repetitione sententia sive eisdem sive alijs terminis invenitur Epizeuxis, qua figura in-tentus demonstratur cordis affectus, & aliter inexplicabilis animus; ut cum dicitur: *Qua-sivi, qua sivi.* *Cantic.* 3. 1. notat sollicitudinem. *Surge, surge;* *Mal.* 40. 1. indicat anhelam excitationem. *Mane mane;* *Sophon.* 3. 5. temporis celeritatem. Sic ergo Deus ut inveniret; in suis sordibus involutam, quaesivit Synagogam: furgere iussit, & susceptis levans promptè ac manè manè: equidem auxilio prompto, adjuvavit eam Deus valde dilucido. Per adverbium pernicitatem expressit Plautus & per infinitivum, in *Aulular.* Act. 2. scen. 2. v. 3. *Properare proper;* & scen. 8. v. 23. *Properè propero currere.* Neus properè properavit succurrere Synagogæ: etiam simul atque eam ita recens natus miserabilem vidit; minime vagientem pertransijt: sustulit, lavit, induit; & non alio in tempore nisi

Malvend. Epizeuxis.

M. Se- nec.

in ipso ortu, quo membra infantilia fordent; ne moreretur sicut & ceteri, qui spem non habent. Illa felix ex infelicitate nata est. Haud maledicta dies, cum in orbe terrarum tyrannide demonum, Nemo (verbis Marc. Senec. utar, *Controvers. l. 3.*) non cum parentibus suis querebatur, quod natus esset.

Verfio- nes.

44 In portum pervenimus: exhibebimus versiones, ut methodo respondeamus. *Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea.* Syr. *Maledictus dies, quo genitus, & dies quo natus.* Hebr. *Peribit dies genitura & natiuitatis.* Castr. *Ultimam non natus!* Maluend. *Maledicta dies, qua genitus fui in ea: dies, qua peperit me mater mea.* Dicamus ergo aliquid ad mores, instructi spiritus veritatis; ut qui nati carne nati sumus gratiam, gloria donemur regenerati in spem vivam.

ADINATON E X E G E T I C U M.

Epilog. extorq.

- 1. **D**IES, in qua natus; dies in qua peperit me mater mea. O infelix ex felicitate Synagoga! Geminam in vitam gratia lucem splendidam accepisti. Primam, fulminat lege: posteriori, tibi oriente Salvatore: sed tibi non ortus, sed interitus lucis, in natiuitate solis: equidem Gentilitas ortum in lucem habuit; dum lux vite tibi in ipsa natiuitate deficit.
- 2. *Dies in qua natus, &c.* Ortus praefigitur in luce natiuitatis, ut cum virtute fulgeat doctrina praedicatoris; sine qua, quantumvis splendor sit, lux nequaquam nata est: etenim dum nascitur, moritur; & simul extinguitur, dum accenditur.
- 3. *Dies in qua natus; dies, in qua peperit me mater mea.* Duplex hominis in miseram naturae conditionem ortus exprimitur; ut felicitas ex duplici natiuitate Dei-hominis ostendatur. Alia luminibus abscondita, alia visa: equidem ex Patre ante saecula genitus, & simul ex matre in saeculo natus: sed misero haudquaquam venit felicitas homini; quousque in saeculo positus, natus, ex matre.

4. *Dies, in qua natus; dies, in qua peperit me mater mea.* Estne discrimen inter diem natiuitatis, & factus parturitionis? Nullum, dum homo nascitur; sed summum, quum Virgo genitrix oritur. Nullum in natura germine: summum, in Conditoris genitrice: diemque signatur ortus & partus diversus, cum esset unus; eo quod filij connotatione designetur Virgo ad imaginem imago: etenim iam gaudebat genitricis honore antequam oriens nasceretur ex matre.

DIDASCALIA PRIMA.

Gentilitas gratia in vitam suscitata, unde mortua Synagoga.

Ezech. 16 4.

Hecl. 3.

2.

Iere. 20

14.

Synagoga luce

causa, & vita mor

166.

IN Tautologia principali, atque affinis, vel iuxta Manlij phrasem, datur ortus ad ortus. *Quando nata es, in die ortus tui:* dicitur de Synagoga. Aliter Ecclesiastes: *Tempus nascendi & tempus moriendi.* Claret inaccessivè, sed in eodem temporis instanti? Quomodo? Quod Hebraismi non devenit ingratitude! Ortus illi datus ad ortus, verum occurrit in teritum interitus: equidem cum in vitam valeret videre lucem; & apertis oculis, nihil vidit nisi mortem. Sicce per Ieremiam: *Maledicta dies, in qua natus sum: dies, in qua peperit me mater mea.* Natiuitas Synagoga gemina? Dies qua nata, & qua a matre in lucem orta? Utique: natiuitas, illius concessa natiuitati. Prima, dum è caelo accepit legem. Secunda, dum illi terra germinavit Salvatore; quem non

cognovit, neque videre placuit: & nata est quasi non nata; quia in natiuitate mortua: tempusque dicitur mortis, in natiuitate lucis; & quaequam eius lumina Solis spectarunt ignem, verum non viderunt Solem. *Sub ortu initium habuit interitus:* inquit Nissenus, de *Virgin.* cap. 13. Talpa fuit: perivit, simulac oculos in splendorem aperuit. Lux mors: & ut accinit Symposius, *Enigmat. 21*
Nox est ipsa dies, neque Sol cernitur. Lux vitam comprobatur: & Synagoga in lucem mortem spectat; quoniam ut vidit orientem Solem, elegit adinstar talpa magis tenebras, quam lucem. Nata est in die ortus: sed nascens ortum non habuit, quia mortis tempus nascendi, clausis oculis à luce.

a *De fulmine dicitur à Plinio, lib. 2.*

Greg. N. II.

Sympol

Instar talpae.

cap

Cor ad ventus

Salvatoris ad instar fulminis

Ioan. 9. 39.

Seneca.

Officia opposita

Gentilitatis, & Synagoga.

Gentilitatis sua dia.

Toach, Camer.

Conditio gemina Astoria.

cap. 54. Ictu de caelo fulgur auctos appetere, apertos claudere. Per oculos clausos & apertos, iuxta Pier. Valer. lib. 23, cap. 13, designatur mors & vita. Pater unde felix Gentilitas, & misera Synagoga, oriente Iustitia Sole; emisso de caelo fulmine: igitur haec infelicitate moritur, & illa in vitam mirifice revocatur; quoniam Gentilitas caeca oculos illic aperuit, & in cacitatem illa splendore Solis clausit. Venit è caelo, quò possidebat thronum, qui Sol iustitiae, in hunc mundum; ut qui non vident videant; & qui vident, ceci fiant. Ex dispositione cordis processit discrimen lucis: equidem copia lucis Solis Synagoga obcaecavit; & non potuit, ut videret: Gentilitasque in tenebris, per orientem stellam, illuminata vidit lucem magnam; ita ut gratia vite restitueretur ad lumen, ubi Synagoga talpa invenit fulmine mortem. Talpa oculos habet iuxta AA. praefatos; ceterum renuit aperire oculos, quia fugit lucem: Synagogaque signat obcaecationem; cum coram Solis radijs sine lumine staret, quasi oculos non haberet. Apposuit Seneca. *Ex illo die* (inquit de *Consolat. ad Marciam*, cap. 20.) *quò primum lucem vidit, iter mortis ingressus est.* In ipsa vita mors? Ab illa in tenebras malignè conversa lux. Solem speravit, sed advenientem desepxit. Quarenti Gentilitas indicavit, verum illa non quaesivit: ingressa est mortem, ex quo primum vidit lucem: igitur cum conitaret ex ipsa natiuitate; neque dignata videre Solem. Unde in gratia vitam assumpta, & Synagoga in oriente Solis mortua; quoniam oculos aperuit, dum Synagoga reclusit: equidem caeca & obcaecata minime Solem adoravit, quia non cognovit: non cognovit, quia non quaesivit: non quaesivit, quia non venit; & non venit, quia non vidit. Haud habuit, executionem: ideoque pro radijs à Sole pariter fulmen; ubi Gentile genus, ut ait Camerar. *Centur. 2. Emblem. 94.*

— *Lumine captum, Caestri donec restituitur ope.*

3 In loco ubi fulmen cadit, Plinius singularem gemmam oriri dicit. Nominat *Asteriam & Cerauniam*, & nonnulli vocant *Iridem*. Non alibi invenitur (inquit, lib. 37, cap. 9.) *quam in loco fulmine icta. Asteria principatum habet proprietate naturae; quòd inclusam lucem continet, & transfundit cum inclinatione; velut intus ambulans,*

*tem, ex alio atque alio loco lucem reddens: eademque contraria Soli regetens candidantes radios; unde nomen invenit: diffusis ad calaniam. Intus à centro quasi stella luces fulgore: & quidam causam nomini reddunt; quòd aetris opposita fulgorem rapiat, aut regetat. Habere intus stellam concursantem; sed quae relinquebat. Vocaturque ex argumento Iris, nam sub tecto, percussa Sole species & colores arcus caestris in proximis parietes eiactulatur, subinae mutans, magnaque varietate admirationem sui augens. Quod in gemma naturae artificio expressum, vocatione Gentium visum. Quia sine Sole Gentilitas, est gemma, iacebat abs lucis pretiositate; principatum habens proprietate naturae: quia ut ait Grego. Magn. in *Evangel.* Homil. 22. *Est ad Dei cultum prior est Synagoga, quam Ecclesia Gentium; ad usum tamen saeculi, prior est multitudo Gentium, quam Synagoga.* Necdum obtinuerat in lapillum momenta pretiositatis, quippe in eius terram non dum è caelo descenderat virtus fulminis; ut nasceretur in splendorem, quae in gratiam nec haberet exiguum lucem. Difficilis erat ad calandum, necia vera religionis impressionum; quamvis in illam haudquaquam sepulta mens, modò micaret è caelo lux; quia potitura exorta stella ex Iacob, cuius imaginem habebat in centro pectoris, signantem orientem Solis; igitur modò nasceretur aspectus, coram illo vibratura radios: & singulari lumine, sicut Asteris vel Iris percusa à Sole: lucem etenim quam dignata contineret, grata in Solem inclinatione transfunderet; quin removeretur unquam ab ecliptica Solis, ex quo sitienter hausit torrentem lucis.*

Aethereis oculis haurit potentibus ignes, Et princeps astro principe gaudet avis.

4 Vividius exponitur in Evangelio, ex Magorum officio, dilectionis demonstratio. Conceperat intus stella futurae imaginem, ut natum quarentem Solem. Orta est, quia natus est Sol: accens illos de loco in locum ad veram lucem, quippe stellam habebat concursantem; sed post metam relanguentem: etenim eius radij, cursus duces, evanuerunt; postquam videntes Solem, reverenter adorarunt. Unde cum radios instar Iridis regeterent, colores mitterent, & terram illuminarent; ut visi Solis & communicatae lucis decerent pretiositatem; magna varietate sui auctorem admirationem: igitur illis in lucem aperta porta, quae omisso obsequio iure Synagoga clausa. *Ecce ostium apertum est*

Plin.

Greg. Mag.

Cor fecit eulum Gentilitatis

Maseo.